

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Quaestio XLII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

- riofum, l. 13. §. 1. ff. de off. Praesid. Nic. Boer. decis. 275. n. 3. Decian. diel. c. 10. n. 10. Pater filium, l. 3. §. 1. & 2. ff. de liber. hom. exhib. l. 1. & 2. C. de patr. potest. Fel. in cap. cum contingat. in fin. de for. compet. Boer. diel. decis. 275. n. 1. & 2. & decis. 304. n. 3. ubi quod hoc de filio in potestate existente, non autem emancipato intelligendum sit, tradit, allegans Bald. in l. liberos, C. de obseq. patr. prestand. Abbas Monachum, aut maritus uxorem castigationis causâ detinuerit, Petr. Theodor. in Coll. crimin. disp. 5. th. 4. lit. H.
- 126 Vel meretricem libidinis causâ, Bartol. in l. verum. ff. de furt. Joh. Villemat. in repet. l. Drusus ff. ad Legem Cornel. de sicar. num. 89. Decian. diel. cap. 10. num. 11. Vel si denique ex aliâ justâ causâ quis manus in aliquem injecerit, veluti in adulterio deprehensum, l. 25. in pr. ff. ad Leg. Jul. de adult. Furem, l. 4. ff. ad Legem Aquil. l. 7. ff. de furt. Debitorem fugientem, arg. l. 10. §. 16. ff. qua in fraud. creditor. Andr. Gail. lib. 2. observat. 44. num. 1. Tiber Decian. diel. cap. 10. num. 11. Nicol. Boer. decis. 265. num. 3. Jodoc. Damhouder. in prax. crim. cap. 63. n. 2. & seqq.
- 127 Similitatione, qui aliquem torquet propriâ & privatâ autoritate, crimine hoc damnatur; cum plus sit torquere, quam detinere, l. 1. ubi gloss. in verb. Nec puniri. C. de cust. Reor. Bartol. in d. l. un. C. de privat. carcer. Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 9. num. 8. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 340. num. 2.
- 128 Hisce ergo, aliisve modis, qui jurisdictionem Magistratus turbant, ac merum Imperium, carcerando vel torquendo aliquem, autoritate privatâ exercent, Majestatis crimen committunt, ejusque poenam, quæ gladii est, incurunt. Id quod de carcere privato expressè sancitum in l. un. in verb. Nam illud perspicuum est, eos, qui hoc criminis genus commiserint, etiam pro veterum Legum & Constitutionum tenore, tanquam ipsius majestatis violatores, ultimo subjugandos esse supplicio. C. de privat. carcer. Quod si vero pro carcere privato poena est capitalis, magis debet esse capitalis pro indebitâ & privatâ torturâ, eò, quod torquens aliquem privatâ autoritate, præter damnum atque injuriam, quam torto infert, Superioris jurisdictionem usurpet, quam usurpationem capitaliter punit d. l. un. C. de privat. carcer. uti concludit Jac. Menoch. diel. cas. 340. n. 2.
- Quicquid tamen sit de jure, de facto certe pro privato carcere non mortis poena, sed aliâ mitior & arbitraria imponitur, & sic juris rigorem communis observantia temperavit, Jul. Clar. in pract. §. fin. quæstion. 68. num. 22. Prout in facti contingentia servatum fuisse per Parlamentum Burdegalense, quod condemnavit in poenam pecuniariam quendam domitium, qui famulum suum diu in privato carcere detinuerat, testatur Papon. lib. 3. tit. 1. prout illum refert Clar. diel. loco. Bouac. in comm. opin. lib. 1. vers. carcerem privatam exercens, pag. 20. col. 4. in fin. Claud. Bertazzol. in addit. ad consil. crimin. Bart. Bertazz. 426. in ult. addit. in fin. lit. C. vol. 2. ubi dicit, rigorem, d. l. un. esse hodiè maximè temperandum.
- Tum, quia illa lex eo tempore emanavit in Ægyptiacam gentem satis admodum in hanc audaciam proclivem. Tum, quod hodiè in practica privati carceris Rei ultimo supplicio non afficiantur. Idemque tradit Farin. part. 1. oper. crim. q. 27. n. 35. Nunquam vidi, inquit iste, ad mortem condemnatum eum, qui solum privatam carcerem exercuit, sed aliud non fecit, quam retinere carceratum, ne discedat. Et ab hac observantia, qua maximam in se continet aequitatem, non recedas in judicando.
- Quodque de privato carcere dictum, quod scilicet pro eo hodiè nequaquam poena mortis sit imponenda, id absque dubio etiam procedit eo casu, quo quis aliquem privatâ autoritate torquet, ob paritatem rationis, ex quâ poenam carceris privati ad torturam privatam extendit Jacob. Menoch. diel. cas. 340. n. 2.
- Secundum ea dictavimus suscitationem cum perpetua relegatione tribus personis, ob exercitam torturam privatam admodum crudelem in puero, de furti crimine inculpato: So werden obgedachte Gefangene B. L. I. M. und M. W. wegen dero an dem jungen P. W. unrechtmässigen geübten Marter und Pein welches ihnen zu thun tetnes weges gebühret gehabt/ öffentlich billich zur Staupen geschlagen / und nach ausgestandener Leibesstraffe des Landes ewig verwiesen/ D. N. W. Ad requisitionem Pratoris Lipsensis, M. April. An. 1622.
- In casu ferè simili dictavimus mulctam pecuniariam 160. fl. ad consultationem Pratoris Lipsensis, Mens. Febr. An. 1630.

QUESTIO XLII.

De Crimine falsificationis monetæ in materia, ejusque supplicio.

SUMMARIUM.

1. Falsificantes monetam committunt crimen læsæ majestatis, n. 11.
2. Jus cudendæ monetæ Regalibus connumeratur, n. 3.
4. Multum interest Principis ac Reipublicæ, probam eudæ monetam, n. 5. 6. 7.
8. Cura monetæ pertinet ad Principis Majestatem.
9. In Circulis Imperii bim habentur conventus de re monetali singulis annis, n. 10.
12. Monetarii crimen quoque falsi committunt.
13. Crimen hoc multa habet pecuniaria, n. 14.

15. Qua-

16. Quam pœna hujus criminis, n. 16.
 17. Multifariè committitur crimen falsa moneta, n. 18. 19. 20.
 21. Quando & quomodo committatur hoc crimen ratione materia.
 22. Falsificatores moneta in materia, ignis supplicio afficiuntur, n. 23.
 24. Quomodo puniantur de Jure Saxonico, n. 26. 27. 28. 29. 30.
 25. In casibus Jure Saxonico non expressis, ad jus commune est recurrendum.
 29. Littera Scabinorum ad Illustrissimum Dn. Pro-Electorem Saxon.
 31. Pœna eorum, qui falsam monetam fabricant, & simul expendunt, n. 32. 33.
 34. Sententia Scab. Lipsens.
 35. Quomodo puniendi falsificantes monetam Principum Inferiorum, & Statuum Imperii, n. 36. 37. 38. 39. 40.
 41. Explicatio l. 2. C. de fals. monet.
 42. Moneta Statuum Imperii Imperatoris moneta est.
 43. In observantia non est gloss. art. 26. lib. 2. & Andr. lit. A.
 44. Sentent. Scab. Lipsens.
 45. Falsificantes Grossos, Cruciferos, Baciones, Schreckenbergeros, quomodo puniantur, n. 46. 47. 48.
 49. Responsa Scabinor. Lipsensium, n. 50. 51. 52.
 53. Quam sit pœna falsificantium Obulos aut Nummos, num. 54. 55. 56. 57. 60. 61. 62.
 58. Responsa Scabinorum Lipsensium, num. 59. 63. 64. 65.
 66. Ignis quoque supplicio subjugandi sunt, qui falsificatoribus moneta opem & auxilium præstant, n. 67. 68.
 69. Sentent. Scab. Lipsens. n. 70.
 71. Quomodo puniantur falsificatores moneta peregrina, num. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80.
 81. Sententia Scabinorum Lipsensium.
 82. Excipiuntur ab hac pœna ignis, qui monetam solummodo tingunt, n. 83.
 84. Sententia Scabinorum Lipsensium.
 85. Ex justâ causâ Reus hujus criminis mitius punitur, n. 86.
 87. Sent. Scab. Lipsens. n. 88.
 89. Minorennitas in hoc crimine veniâ meretur.
 90. Sent. Scab. Lipsens.
 91. Pœna eorum, qui solummodo cudunt falsam monetam, non etiam eam expendunt, n. 92. 93. 94. 95.
 96. Sentent. Scab. Lipsens.
 97. Expendentes solummodo falsam monetam, non etiam fabricantes eam, quomodo puniantur, n. 98. 99. 100. 101. 103. 106. 107.
 102. Pœna debet correspondere delicto.
 104. Sentent. Scab. Lipsens.
 105. Explicatio art. 26. lib. 2. & Andr.
 108. Qui falsam monetam ignoranter expendunt, impunitatem assequuntur, n. 109. 110.
 III. Unde ignorantia præsumatur.
 112. In dubio ignorantia juramento est, probanda.
 113. Sentent. Scab. Lipsens. n. 114.
 115. Pœna aleatorum exponentium falsam monetam in ludo.
 116. Sentent. Scab. Lipsens. n. 117.
 118. Domus, in qua moneta falsa cuditur, fisco vindicatur, n. 119.
 120. Ac insimul Dominus adium arbitrariè punitur.
 121. Sentent. Scab. Lipsens. n. 122.

CRimen quoque læsæ Majestatis committunt falsificantes live adulterantes monetam: ut disertis verbis dicit Imper. Constantinus in *l. si quis nummos. 2.* in verb. *In monetis etiam tantummodo nostris cudenda pecunia studium frequentari volumus, cuius obnoxii Majestatis crimen committunt &c.* C. de fals. monet. Hieronym. Gigas in tract. de crim. læs. Majest. lib. 1. quest. 62. Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 23. num. 1. Henr. Bocer. in tractat. de jur. monetar. cap. 4. n. 4. Jodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 65. n. 1.

2. Nam jus cudendi monetam Regalibus sive juribus Majestatis connumeratur majoribus, ac Principis Summi proprium est, Johan. Bodin. Republ. lib. 1. cap. 10. Zasius de feud. p. 5. num. 14. Sonsbec. de feud. p. 5. num. 19. Matth. Wesemb. conf. 60. n. 31. Et cura monetæ ad majestatem spectat. Unde Reges Persarum aureos nummos suâ signabant imagine, qui inde Darici dicebantur, Herodot. lib. 4. Et de Ungarorum Regno scripsit Otto Frisingensis: Nullus in tam spaciōso ambitu, Rege excepto, Monetam vel Telonium habere audeat. Hocque jus ferienda moneta ita proprium sibi habet Rex Anglia, ut eam alibi, quam in Turri Londinensi insigniri non patiatur.

3. Quare & Carolus Magnus in Imperio Francico omnes monetarum officinas in Palatium

coëgit, quò severiùs, & accuratiùs nummi fabricarentur, ac probarentur. At postea cùm officinas plures habere, & procul à Principe metalla miscere licuit, ratio quoque nummaria depravari cœpit, Johan. Bodin. libr. 6. de Republ. cap. 3. Unamque propterea nummorum officinam in Imperio constituendam esse, scribit idem Bodin. & in urbe omnium maximâ, ut publicè spectantibus Magistratibus nummi percutiatur, dicit. lib. 6. cap. 3.

Multumque interest Principis, probæ materiæ ac justî ponderis fieri monetam, eamque à falsificantibus haud depravari. Ex qua non solum de dignitate & autoritate ipsius, juxta illud Philippi Hassiæ Landgravii: *Man sol einen Fürsten kennen bey reiner Strassen/ guter Münze / und Haltung beschehener Zufage. Waremund. ab Erenberg. cap. 5. de Regn. subsid. & oner. subdit. n. 37.* sed & de ipsius Imperii diuturnitate, flore, & incremento judicandum. Unde istud Germanorum provenit proverbium: *Weyder Münze sol man lehren / wie sich die Welt thue verkehren.* Ventur. de Valent. in Parth. litigios. lib. 1. cap. 13. n. 18.

Ab omni siquidem ævo judicârunt prudentissimi quique Viri, magnarum mutationum in Rebuspublicis præfagia esse insolitam monetæ muta-

- mutationem & depravationem. Multas enim & inextricabiles parit lites jactatio monetæ, omnemque cum extraneis contrahendi facultatem & commoditatem adimit: Unde opes & nervi Reipublicæ tandem deficient, nec aliud quam ruina & decrementum Imperii sperandum; Ernest. *Cothman. vol. 1. conf. 36. n. 8. Car. Azolin. in tract. de mat. monet. q. 110. n. 109. Lambert. Dan. lib. 4. polit. Christ. 6. 2. pag. 289. Dan. Moller. ad Const. Elect. Saxon. 28. n. 2. part. 2. Ventur. de Valent. dict. c. 13. n. 18. Pruckman. vol. 2. confil. 12. n. 1.*
- 6 Namque nummus mensura esse debet, ad quam omnia commensurantur, Christoph. Besold. *in disc. polit. de arar. publ. cap. 6. pag. 150. & class. disp. polit. 3. 1b. 54. Herm. Lather. de censu. lib. 3. cap. 10. n. 46.* mutatâ autem rerum mensurâ vel turbatâ, omnia reliqua mutari & turbari necesse est, Henning. *Arnis. de jur. maj. major. c. 6. n. 2.* Adeoque verissima est Joh. Bodin. sententia, ita scribentis: *Regi nummaria curatio non tantum utilis, sed etiam civitatibus tantoperè necessaria videtur, ut sine ea commode consistere non possint: & quò major necessitas est, eò magis nummorum depravationi prospiciendum: Cum ea res incredibile afferat unversis ac singulis detrimentum. Ac non modo non corrumpi moneta, sed ne mutari quidem potest sine incommodo civitatis: quoniam mutatio pretii ac materia numismatû, census etiam ac bonorum cuiusque, dubitationem affert. Quo fit, ut nemo, quantum in bonis habeat, constituere possit. Incerta sunt pacta conventa, quæ versantur in societatis, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vita societas continetur: incerti reditus, veftigalia, tributa, denique ipsa ac premia, quæ à legibus & iudicibus irrogantur, incerta sunt futura. Postremo ararii opes, ac multa tum in publicis tum in privatis rebus, rationibusque dubia ac suspensa fore, necesse est. Hactenus verba Joh. Bod. lib. 6. de Republ. c. 3. in pr.*
- 8 Ex quibus facilè cuivis obviam esse potest, curam monetæ ad Principis Majestatem pertinere, cui incumbit omnibus modis prospicere, ne quid Respublica detrimenti patiatur, neve pacata ejus gubernatio perturbetur, quòd vix ex alia repromptius accidere solet, quàm ex moneta, *Novell. 52. Leon.*
- 9 Eaque causa est, ut in Imperio Romano Germanico quotannis binis conventibus per Deputatos, æstimatio monetarum exploretur, & inspectio pro Reipubl. necessitate fiat. Id quod Ferdinandi I. Imperatoris monetario Edicto sancitum: Ut conventus exploratorii per Circulos quotannis duo, nimirum Calend. Maji, & Octobris habeantur, *in Recess. Aug. An. 1559. §.* Unde damit diese unsere / und des H. Reichs Münz-Ordnung umb so viel desto festlicher gehandhabt / und darüber gehalten werde: so sol in einem jeden Creiß oder Zirck des H. Reichs durch die Münzgenossen verordnet werden / daß alle und jedes Jahrs besonders zweymal gemeine probation Tage / und Rechtsfertigung der gemeinen Reichs-Münzen gehalten werden / etc. Et §. subseq. Wir wollen auch / daß zu Förderung dieses / Wercks / die Münzgenossen eines jeden Creiß / als bald / nachdem diß unser Käys. Edict ausgekundiget wird / sich gewisser Malstädte vergleichē
- also / daß die erste Probation auff den ersten Tag Maji schierst künstig / in den Städten / derer sie sich vergleichen werden / und die ander auff den ersten Octobris nächst darnach folgend / in denselben / oder in andern des Creiß gelegenen Städten / die Probation, wie angeregte unsere gegebene Ordnung mit sich bringt / gehalten werden / etc. *Denais. in monet. Edict. Compend. jur. Camer. n. 42. pag. 251. Herm. Lather. de conf. lib. 3. c. 10. n. 72.*
- Bini tamen Conventus singulis annis necessariò habendi non sunt, sed facultas ac potestas relicta est Circulis, pro arbitrio & causa rei monetalis, semel tanquam singulis annis Conventum indicere, *dict. §.* Unde damit diese unsere etc. in verb. doch wo die Creißstände befinden / daß unvonnöthen wäre / zweien Probation Tage zu halten / welches zu derselben Erkänntniß zu stellen / so sol auff das wenigste ein Probation Tag jährlich gehalten werden / etc. Quod & in nuperis Comitibus Circuli Saxon. Superior. M. Majo, An. 1629. Lipsiæ habitis, sic factum & conclusum fuisse memini, ut in posterum, usque dum necessitas rerum monetarum aliud requireret, singulis annis non nisi unicus Conventus Circuli die 1. Maji, haberetur.
- Nihilominus tamen eò progressa hominum licentia atque temeritas, ut sapio privati monetam falsificando & adulterando, nec non falsum numisma cudendo, Majestatis jura violare audeant, quos propterea Crimen læsæ Majestatis committere, ex jam dictis satis manifestum est.
- Quamvis hoc maleficium falsi crimen appellat Hippol. *de Marsil. in l. qui falsam 19. ff. ad Leg. Corn. de fals. per illum textum, & l. quicumque 1. §. ff. eod. tit. Jul. Paul. lib. 5. sentent. tit. 25. in pr. & ibidem Jacob. Cujac.* Sed utrumque subsistere potest, fiduciamus: Esse quidem hoc Crimen læsæ Majestatis, verum illi pœnam falsi jure propositam esse, cum *Tiber. Deciano. in tract. crim. lib. 7. cap. 23. n. 26. Henr. Bocer. in tract. de jur. monetar. c. 4. n. 4.*
- Hoc autem certum est, Crimen adulterandæ ac corrupendæ monetæ tam enorme atque exosum esse, ut ipsos etiam conscios, & crimen non propalantes, non secus plectendos esse Leges jubent, quàm ipsos principales autores; & ut accusatores etiam succumbentes nequaquam, uti calumniatores in aliis causis, puniantur, *l. i. C. de fals. monet. Jod. Damb. in prax. rer. crim. cap. 65. n. 8.* Sicuti & aliàs hoc in delicto ob ejusdem enormitatem & gravitatem multa reperiantur statuta specialia Quale etiam hoc est, quòd Reus hujus criminis sine mandato capi possit, *dict. l. i. C. de fals. monet. Speculat. tit. de accus. §. 1. vers. hoc tamen Hippol. de Marsil. in l. qui falsam 19. n. 69. & n. 109. ff. ad Leg. Corn. de fals. Decian. dict. lib. 7. cap. 25. n. 12. & cap. 26. n. 2.* Licet aliàs absque iudicis præcepto Reus alicujus criminis capi nequet, *Bald. in l. cum Clericis 25. §. memorati. C. de Episc. & Cler. Chil. König in process. cap. 28. vers.* Unde diese Persönlich etc. Sic, quamvis Criminis Reus sententiâ iudicis damnatus appellare potest jure Justiniano, *l. non tantum. 6. l. constitutiones. 16. ff. de appell. l. eos. 6. §. super. l. minime. 12. l. additiones. 19. C. eod. tit.* Hujus tamen delicti Reo denegatur appellatio, *dict. l. i. §. appellandi. C. de*

- 15 Grave ergo quia hoc crimen est, gravem quoque atque severam poenam merebitur, quæ est flammaram exustio, ex Constitutione Constantini Imper. in l. 2. C. de fals. monet. Quam & Mediolani, Veronæ & Ferrariæ obtinere, ac Reos falsæ monetæ ibidem comburi, testatur *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. questio. lib. 2. cent. 4. cas. 316. n. 14.* In Gallia vero adulterantes monetam Regis, in aqua ferventissima & ebulliente suffocari, scribit *Igné. in l. 1. §. non alia. ff. ad Silan. n. 597. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 28. n. 22.*
- 16 Nequaquam tamen putandum erit, ex Constitutione Imper. Constantini, omnes indifferenter falsarios monetarum æquali ignis supplicio puniendos esse, quum nec crimen falsæ monetæ uniforme sit, nec ab omnibus æqualiter committatur; Ut merito, priusquam certa determinetur poena, in modum corruptionis ac falsificationis monetæ iudex inquirere, & pro modo transgressionis ac temeritatis delinquentem coercere debeat. Deprehenditur autem delictum falsæ monetæ tum in defectu autoritatis publicæ, tum in materia publica, tum in pondere, tum etiam in forma, tum postremo in valore, juxta *vol. 3. consil. 376. Bald. Franc. Curt. in tract. de monet. num. 20. Matth. de Afflict. in titul. que sint Regalia, in verb. Moneta. n. 15. lib. 2. Feudor.* ubi quatuor modos ponit falsificationis monetæ: *Primo* quando non est de bona Liga, vel de justo pondere. *Secundo*, quando monetæ non habet impressionem Principis veram, sed adulterinam. *Tertio*, quando non est facta in loco publico. *Quarto*, quando non est facta autoritate publicâ. Aliter sentit *Jodoc. Damhouder.* Crimen scilicet adulterandæ monetæ quintifariam committi, *prax. rer. crim. c. 65. n. 1. & seqq.* ubi videt:
- 17 Aliter Imper. Carolus V. in *Ordinat. Crimin.* juxta quam tribus modis ut plurimum monetam publicam adulterari vulgò putant: *Primo*, cudento falsam monetam, si nempe dolo malo alienum signum monetæ imponatur. *Secundo*, adulterando seu vitando materiam monetæ, si aliud metallum auro, vel argento admisceatur. *Tertio*, monetam diminuendo, si justum monetæ pondus tendendo, radendo, mutilando, excoquendo adimatur, in *artic. III. in pr. in verb. In dreyerley Weise wird die Münze gefälschet: Erstlich / wann einer berriegelcher Weise eines andern Zeichen darauff schläget. Zum andern / wann einer unrecht Metall darzu setzet. Zum dritten / so einer der Münze ihre rechte Schwere gefährlich benimmet / &c. ubi Matth. Stephan. & Georg. Rem. in Nemes. Karul. Quibus haud obscure additur *quartus modus*, si privilegio & autoritate destitutus cudat monetam in *verb. subseq. Oder auch ohne habende Freyheit münzt / &c. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. falsum. num. 37. Henr. Bocer. in tractat. de jur. monet. cap. 4. num. 1.**

Haud ineptè quoque *Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 23. n. 9.* hæc de re scribit, sicuti enim inquit, *moneta ad ejus perfectionem tria requiritur, materiam scilicet, formam & pondus; ut probatur in l. 1. C. de vet. numism. lib. 11. ubi Luc. de Penna in rubr. num. 3. ita etiam pariter poterit in hisce tribus vitari, videlicet materiâ, formâ & pondere: Materia, quoad valorem, eum corrumpendo: Formâ, quoad autoritatem, illâ abutendo: Pondere, quoad usum, minuendo.* In quo ipso *Tiberius Decianus* alienus non est à mente *Caroli V. Imper. in dict. artic. III. Ordin. Crimin.* quam etiam pro sua opinione allegat *dict. cap. 23. num. 9.*

Exiimo ego, omnes illos modos falsæ monetæ, quos varios tradunt Interpp. haud inconcinne redigi posse ad distinctionem materiæ & formæ: Ut nempe crimen hoc falsæ monetæ, committatur, vel ratione materiæ, vel ratione formæ. Quamvis utriusque vitium sæpissimè concurrat in falsa moneta, quam communiter privati privilegio & autoritate cudendi monetam destituti, ex metallo in numismate reprobato fabricare solent.

Ratione materiæ (de quo genere falsæ monetæ jam agam) committitur hoc crimen, quando ex injusta & vitiosa materia fabricatur moneta, id quod fit non solum, si tota materia vel stannea, vel plumbea est, l. *lege Cornelia. ff. ad. Leg. Cornel. de fals.* sed etiam cum ei plurimum aris admixtum est, puta si aureum numisma plus argenti vel aris, vel stanni, aut plumbi admixtum habet, quam Leges nummarie patiuntur, l. *creditor. 102. in pr. ubi: Pecunia quasi arosa jussu Præsidis sublata est. ff. de solut. Non enim arosa moneta pro moneta habenda est, l. eleganter. 24. §. qui reprobos. ff. de pign. act. Neque ex alia materia, quam quæ publicè electa est, conflare moneta debet, l. 1. in pr. ff. de contr. emt. & vend. l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 11. Henr. Bocer. in tract. de jur. monet. cap. 4. n. 7. & 8. Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 23. n. 10. Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 65. n. 2. Et cõ respiciunt verba *Ordinat. Crimin. Carol. dict. artic. III. Wann einer unrecht Metall darzu setzet, ubi Matth. Stephan.**

Ejusmodi monetam ratione materiæ falsam & vitiosam fabricantes, ignis supplicio puniendi sunt, ex Constitutione Imper. Constantini in l. 2. in verb. *Flammaram exustionibus mancipetur. C. de fals. monet.* quæ propriè de vitiosa moneta ratione materiæ accipienda est, uti patet ex *verbis initialibus dict. l. 2. (si quis nummos falsâ fusione formaverit.) Gothofr. ibid. l. 1. C. Jul. Clar. libro quinto. sentent. §. falsum. n. 37. Matth. Stephan. in artic. III. Ordinat. Crimin. vers. Quis nummos falsâ fusione &c. Bocer. dict. tractat. de jur. monet. cap. 5. n. 2. Quæ poena etiam in Imperio Romano-Germanico confirmata est ab Imper. Carolo V. in *Ordinat. Crimin. art. III. in verb. Welche falsche Münze machen / zeichen / &c. die sollen nach Gewonheit / auch Säkung der Rechte mit dem Feuer vom leben zum Tode gestrafft werden / &c.**

Eademq; poenâ in foro Saxonico monetam vitiosam ratione materiæ cudentes vel fabricantes

19
20
21
22
23
24

tes affici debent. Urthel post Landr. sub tit. von falscher Münze / Matth. Coler. part. 1. decis. 179. n. 12. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. disp. 8. th. 6. lit. B. Et si enim in Jure Saxon. disertis verbis hoc nullibi exprimitur. Nam art. 26. lib. 2. Landrecht ubi de falsariis monetarum agitur, non nisi capitalis supplicii in genere mentionem facit. At tamen dubitandum non est, quin etiam in foro Saxonico Sanctio Constantini & Caroli V. Imper. hoc casu obtinere, & quod Juri Saxonico deest, ex Jure communi Civili & Ordin. Crim. suppleri debeat. In casibus siquidem à Jure Saxonico haud expressis, ad jus commune est recurrendum, *Gloss. fin. art. 36. n. 2. lib. 2. Landrecht / & Gloss. art. 44. in verb. Da kessen sie die Bauren &c. vers. Dis verntimm aber alles &c. lib. 3. Landr. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 4. qu. 133. n. 19.*

26 Hocq; minus dubii forsan habet in fabricatoribus falsa monetæ, camque simul expendentibus, sed, *An illi quoq; flammarum excusationibus sint mancipandi, qui monetam ex materia vitiosa fabricant, at non exponunt, vel ab alio fabricatam, alios damno afficiendi & fallendi animo, tantummodo expendunt & exponunt, quæri possent?*

27 Quod affirmat expressis verbis Imper. Carolus V. in *dict. art. III. Ord. Crim. ibi: Oder die falsche Münze aufwecheln / oder sonst zu sich bringen und wiederumb gefährlich und böshafftiglich dem Nächsten zum Nachtheil wissentlich ausgeben; Die sollen mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden / &c.*

Veluti etiam secundum Sanctionem hanc Carolinam veteres Scabinos ad requisitionem Quæstoris Zwickaviensis, M. Mart. A. 1572. Es ad consultationem Quæstoris Saltzensis, adversus duos delinquentes, maritum ejusq; uxorem, quorum ille fabricaverat, hac vero exposuerat vitiosam monetam, M. Sept. Anno 1595. pronunciasse reperio.

28 At postea, sententiâ hæc posteriori nondum publicatâ, rigorem sanctionis Carolinæ perpendentes, nec non Glossam *artic. 26. lib. 2. Landrecht lit. A.* (quæ illum demum, qui vitiosam monetam in detrimentum Reipublicæ sapiens expendere consuevit, pœnâ capitis affici vult) probe observantes, adversus illum solummodo, qui falsam monetam ipsemet fabricavit, & simul exposuit, ignis supplicio animadvertendum, fabricatores verò monetæ falsæ eam non exponentes, vel ab alio fabricatam expendentibus, mitiori pœnâ in foro Saxonico plectendos esse, putaverunt. Quare literis datis ad Illustrissimum tum temporis Dn. Pro-Electorem, ipsius Celsitudini opinionem suam hæc de re significarunt ejusq; arbitrio ac judicio clementissimo commiserunt, an rigore sanctionis Carolinæ misso, & severiori ignis pœnâ sepositâ adversus delinquentes mitius animadverti, & quidem Cusorem gladio, Expositricem verò foeminam fustigatione puniri, gratiosè mandare vellet. Quo impetrato, Illustriss. Principi hanc sententiam placuisse animadvertentes Scabini, concluderunt unanimiter, ut in posterum in foro Saxonico ignis supplicio is demum mancipari debeat, qui vitiosam monetam fabricasset simul & expendisset,

29 Quamq; literæ Dom. Scabinorum, ad explanationem hujus pœnæ multum conducere videantur, verbotenus easdem hic apponere placuit. Durchleuchtigster / &c. Gnädigster Fürst und Herr. Ob wol in des Heil. Römischen Reichs Heilichen Halsgerichtis Ordnung / sub tit. Von Straff der Münzfälscher / &c. ausdrücklich versehen / daß diejenige / so falsche Münze machen / zeichnen / oder dieselbe falsche Münze aufwecheln / oder sonst zu sich bringen / und wiederumb gefährlich und böshafftiglich dem Nächsten zum Nachtheil wissentlich ausgeben / mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden sollen / wir auch so viel Nachrichtung befinden / daß unsere Antecessores Anno 72. und also noch vor der Reformation des Schöpffenstils / an den Amptschöpffer zu Zwickau nicht allein demjenigen / so falsche Münze gemacht / sondern auch dem / welcher dieselbe vorsechtlicher betrieglicher Weise ausgegeben / und unter die Leute sprengen helfen / vermöge obangezogener Reichs-Constitution, beyden die Straffe des Feuers zuerkant. Und demnach auch wir den beyden Gefangenen zu Salza / Hansen Wehern / so die falsche Pfennige / welche des Orts / und zu Erfurdt unter die Leute ausgesprengt worden / machen helfen / und seinem Weibe / welche dieselbe böshafftiger und betrieglicher Weise / wissentlich / daß ihr Ehemann und Sohn solche gemacht / ausgegeben / und unter andern guten Weibe ausgesprengt / weil sich solches in der Erkundigung also befunden / die Straffe des Feuers zuerkant / sonderlich angesehen / daß unter diesem Fall / und dem obangezogenen / darinn von unsern Antecessoren nach Zwickau erkant / kein ander Unterscheid ist / denn daß jenes ganze und halbe Thaler / dieses aber Pfennige gewesen / darunter mehr angezogene Constitution kein Unterscheid macht / sondern in gemein von der Münze Meldung thut. Diweil wir aber dennoch nach fleißiger Umschlagung der Sächsischen Rechten darneben auch dieses befunden / daß die *Glossa in art. 26. lib. 2. Landr. sub lit. A.* meidet / daß diejenige / so falsche Münze ausgegeben / nicht am Leben gestrafft werden sollen / es sey dann / daß es sapiens & adolose geschehen / und doch darneben nicht exprimiret, quo genere mortis solche Leute gestrafft werden sollen / ferner auch das Urthel / so dem Landrecht nachgesetzt *sub tit. von falscher Münze / &c.* ausweiset / daß demjenigen allein / so die falsche Münze selbst gemacht und ausgegeben die Straffe des Feuers / da er sie aber nicht gemacht / sondern allein ausgegeben / die Straupe zuerkant worden / sonst aber außserhalb des obangezogenen Falls nach Zwickau / in fleißigem Nachsuchen / kein einig Urthel mehr finden können / da in diesem Fall die Straffe des Feuers erkant worden wäre / dargegen sonst in allen Urtheln / so viel wir dero gesehen / allezeit vermeldet wird / daß die Münzer selbst solche falsche Münze ausgesprengt. Inmassen denn auch der Münzer / von deme das obangezogene Zwickauische Urthel meldet / die falschen Thaler selbst ausgesprengen helfen; So haben wir in diesem schweren Fall Eu. Fürst. Gnad. solches unterthänigst zu berichten nothwendig erachtet / ob aus obangezogenen Ursachen Eu. Fürst. Gn. den rigorem des

Q. 1. Num flammarum excusationibus sint mancipandi, qui falsam monetam fabricant, & non exponunt, vel ab alio fabricatam expendunt?

des Heil. Römischen Reichs Peinlichen Halsgerichts Ordnung gnädigst fallen / und dem Gefangenen / in Ansehung / daß zwar der Mann die Münze schlagen helfen / aber nicht ausgegeben / das Weib aber dieselbige nicht machen helfen / sondern nur ausgesprenget / Gnade erzeigen wollen. Auf welche Fall sie beyde mit dem Schwert gestrafft / oder auch das Weib / da Eu. Fürstl. Gnad ihr das Leben schencken wolten / mit Straupenschlägen d. h. Landes ewig verwiesen werden möchte. Und Eu. Fürstl. Gnaden unterthänigste gehorsame Dienste zu leisten seynd wir zu jederzeit ystichtschuldig und ganz geflissen. Dat. Leipzig den 6. Decembr. Anno 1595. &c.

me gebracht und ausgesprenget worden / und der Gefangene würde auff seinem gethanen Bekännniß vor öffentlichem gehalten Peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder des sonstigen / wie recht / überwiesen / so möchte er von wegen solches falschen Münzens / daß er nemlich falsche Thaler gemacht / und dieselbe vorsetzlicher und betrieglicher Weise unter die Leute gebracht und ausgegeben / Vermöge des H. Römischen Reichs Peinliche Halsgerichts Ordnung mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden. B. R. W. Quaestori Bornensi, M. Decembr. Anno 1596.

30 Exposita sic Scabinorum sententiâ, in foro Saxonico usu receptâ, manifestum est, quoad pœnam falsariis monetæ ex vitiosa materia formatâ infligendam, tres casus diversos ab invicem distinguendos esse. Quos pro accuratiori intellectu fusius explanare, ac cuique certam regulam subjungere lubet.

Præfatis Dn. Comitis Schwarzburgensis in Arnstadt / M. Aug. Anno 1596. Judici & Scabini Deliciensis, M. Febr. A. 1595. Quaestori in Weissenfee / M. Jul. A. 1625. Quaestori Zwickaviensi, M. April. A. 1606. Quaestori Frænkenshusano, M. Febr. An. 1618. Quaestori Dresdensi, M. Julio, An. 1618.

31 PRIMUS CASUS EST: Quando quis falsam monetam ex vitiosa materia itanea vel plumbea non solum format & fabricat, sed & eandem ipsemet fallendi animo expendit. Ubi hæc regula venit notanda: Quicumq; ex materia vitiosa falsam monetam format, eamque simul fallendi animo exponit ac spargit, flammæ exustionibus mancipari debet.

Ampl. hæc Regula Primo in iis, qui Principum Inferiorum ac Civitatum, aliorumq; Statuum Imperii numisma falsificant, ex vitiosa materia istud formantes atque expendentes. Equidem me non latet, Doctores plerumque distinguere inter falsificantem monetam Imperatoris, & monetam alicujus Principis Inferioris vel Civitatis Imperialis; illumque tantummodo pœnâ ignis; hunc verò mitiori aliquo supplicio, veluti gladio, aut deportatione plectendum esse, statuere. Didac. Covarr. in comm. de vet. numism. collat. cap. 8. n. 3. Matth. de Afflict. in tit. quæ sint Regalia. in verb. moneta. n. 3. lib. 2. Feud. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 27. n. 12. Alexand. vol. 7. consil. 121. n. 2.

35 Q. 2. Num pœnâ ignis sint afficiendi falsificantes monetam Principum inferiorum, aliorumq; Statuum Imperii?

32 Hæc regula à nemine facile in dubium vocatur, propter claram sanctionem Imp. Constantini l. 2. C. de fals. monet. & Imp. Caroli V. in Ordin. Crimin. art. 111. ubi disertis verbis ignis supplicium in falsarios monetarum statutum reperitur. Quod si unquam Monetarii falsificantes monetam afficiendi sunt, certè vel maximè illud hoc casu sibi locum vendicabit, quum vix gravius falsum atque delictum in re monetali, quàm in adulterando & vitioso materia monetæ, eamque postea expendendo, committit queat, uti in aperto est. Ut mirum haud sit, adulteratores ac falsarios hosce monetarum igne concremandos esse.

Quibus videtur suffragari l. 2. C. de fals. monet. quæ de summo Principe seu Imperatore solum loquitur, ejusque monetam falsificantes flammæ exustionibus mancipari jubet. Quare ad Principes Inferiores Constitutio ista Constantini contra mentem ipsius haudquaquam extendenda erit. Tantumque abest, Sanctione Carolinâ in art. 111. aliud fuisse dispositum, ut ea potius disertis verbis se referat ad distinctionem juris communis, in verb. Nach Gewonheit / auch Sagung der Rechte: ac proinde ex d. l. 2. explicari debeat. Cui sententiæ quoque adhæret Gloss. Latin. in art. 26. lib. 2. Landrecht / lit. A. allegans ad hoc auctoritatem Johan. de Ana. in cap. ad falsariorum. de crim. falsi. docentis, quod sit pœna ignis, si falsavit quis monetam Imperatoris, si verò alterius Domini inferioris, pœna gladii.

36

33 Quod & in foro Saxonico ita obtinere, probat Sententiâ post Landr. tit. Von falscher Münz. in pr. Dabt ihr einen im Gefängniß / der in eurer Stadt falsche böse Pfennig ungefährlich für zwängig Floren ausgegeben; So ihr denn etliche Anzeigung und genugsame indicia hättet / oder haben möchtet / daß er solche Pfennige selbst gemacht / so möchtet ihr ihn darauff wol Peinlich fragen lassen / und wo er das also bekännte / auch auff dem Bekännniß vor Gerichte freywillig verharren würde / oder solches / wie recht / überweist werden möchte / ihn darumb Peinlich wol strafen / und lebendig verbrennen lassen. Ut sic duo necessariò requirantur ad hoc, ut pœna ignis falsariis monetæ irrogari queat: Nempe ut Reus ipsemet monetam vitiosam fabricaverit; deinde quoque eandem expenderit.

Sed Jacob. Menoch. de arbit. judic. quæst. lib. 2. centur. 4. cas. 316. n. 9. & n. 29. Regner. Sixtin. in tract. de Regal. lib. 2. cap. 7. n. 109. & seqq. Matth. Stephan. in not. ad artic. 111. Ordin. Crimin. Carolin. vers. Caterum circa infligendam &c. Henr. Bocer. in tractat. de jur. monetar. cap. 5. num. 3. Petr. Wesembec. consil. 46. ab hac opinione divortium faciunt, ac non modò Imperatoris, sed & Statuum Imperii, Principum ac Civitatum monetæ corrumpentes, & ex vitiosa materia fabricantæ igne comburendos esse, autumant. Quibus ego calculum meum addere nihil dubito.

37

34 Secundum hanc regulam quotidie pronunciant Scabini, hisce ferè formalibus: Da ihr euch nun allberei erkundiget hättet / oder nochmals erkundigen würdet / daß solche falsche Münze bey Inquisito gefunden / und unter die Leute von ih-

Tum, quia hodiè in Imperio Romano-Ger-

38 ma-

manico omnis moneta, licet non Cæsaris sub-
scriptione, sed alterius Principis inferioris ac
Statuum Imperii excusa sit, nihilominus pro
moneta Sacri Romani Imperii, adeoque ipsius
Imperatoris reputari debeat, siquidem non à
Principe vel Civitate, quæ ipsam monetam cu-
dit, sed ab Imperatore, qui potestatem cudendi
concedit, auctoritatem habet, *Recess. Imp. de
An. 1551. §. So haben wir &c. & A. 1570. §. Als
daß auch &c. Matth. Stephan. in diel. art. III. Or-
din. Crim. Carol.*

39 Tum, quod *Ordin. Crim. art. III.* generaliter
loquatur, & falsificatores monetæ igni subji-
cendos esse velit, neque inter monetam Impera-
toris, ac Principum Inferiorum distinguat, quo
ipso haud obscure ostendit, eos etiam, qui infe-
riorum Principum, puta, Ducis, Comitis, vel
alterius Status Imperii, habentis potestatem cu-
dendi monetam, numisma violârunt, omni dila-
tione semotâ, flammæ exustionibus man-
cipandos esse, *Henr. Bocer. diel. c. 5. n. 3. Matth.
Stephan. diel. art. III.*

40 Tum, propter verba *Recess. Imp. de An. 1559. §.
Wir ordnen/sehen und wollen auch ic. ibi; Daß
sich männiglich hinsüro bey Straß des Feuers /
des Branaltrens/Körnens/Seygers/ und an-
derer dergleichen berrüthcher/vortheiliger Hand-
lung und Fälschung aller alten und neuen guten
Münzen außserhalb der Fremdden enthalten sol.
&c.* Quæ verba non modò generalia sunt, sed
certam solummodò speciem monetarum, scili-
cet extra Imperium ab aliis Principibus, qui Sta-
tus Imperii non sunt, fabricatarum excipiunt,
earumque falsificatores supplicio ignis affici no-
lunt. Unde satis manifestum est, hanc poenam
incurrere, qui Statuum Imperii monetas cor-
rumpunt atque falsificant; manet enim semper
Regula firma in casibus non exceptis.

41 Neque hæc obstat *l. 2. C. de fals. moneta.* quæ
illos demùm flammæ exustionibus manci-
pari jubet, qui Imperatoris monetam ex vitiosa
materiâ cudunt. Quia tum temporis nulli præ-
terquam Imperatori competeat jus monetæ;
unde fit, quod *l. 1. & 2. C. de fals. monet.* solius
Summi Principis mentionem faciant. At post-
quam illa potestas etiam cum inferioribus com-
municata est, sine dubio extendenda quoque
erit hæc poena ad Monetarios seu adulteratores
nummorum signatorum ab aliis Principibus,
qui auctoritate & vice Summi Principis utuntur,
& jura Imperii in suis terris ac districtibus ha-
bent, *Jacob. Menoch. d. cas. 316. Ventur. de Va-
lent. in Parthen. litig. lib. 1. cap. 2. n. 6. Waremund.
ab Erenb. de subsid. Regn. c. 15. n. 15. Thom. Mi-
chaël. de jurisd. Imp. Rom. concl. 45. Andr. Gail.
de pac. publ. lib. 1. c. 6. n. 10.*

42 Quin & monetam Principum ac Statuum
Imperii pro moneta Imperatoris Romani, qui
potestatem cudendi monetam in Imperio aliis
concedit, reputandam esse, dixi antea in funda-
mento primo nostra sententia. Ut sic dispositio-
nem *l. 2. C. de falsa moneta*, ad falsificatores quo-
que monetæ, à Statibus Imperii excusæ, optimo
jure extendere liceat.

43 Minus obest *Gloss. Lat. art. 26. lib. 2. & Andr.
lit. A.* Præterquam enim, quod *Glossæ* auctoritas,

usu & observantiâ in foro haud approbata, ve-
ritatem non vincat, juxta tradita *Hartm. Pistor.
q. 16. n. 11. part. 1. q. 25. n. 35. q. 26. n. 18. part. 2.
Andr. Scheffer. part. 2. q. 13.* haud ineptè ea ex-
plicari potest de moneta aliorum Principum, qui
Status Imperii non sunt, uti patet ex verb. *Regis
vel Principis &c.*

Eamque sententiam ceu veriolem in pronuncian-
do sequuntur Scabini dicentes poenam ignis
etiam illis, qui Principum ac Statuum Imperii
monetam ex vitiosa materia cudunt atque ex-
pendunt. Prout responderunt Quæstori Schvve-
nicensi, *M. Jun. Anno 1603.*

Quæstori in Weissenfee / *M. Jul. A. 1625.*

Quæstori in Salza / *M. Octobr. A. 1598.*

Et sapius ad poenam ignis eos, qui thaleros Seve-
nissimi nostri Dn. Electoris Saxon. falsificârunt,
condemnatos fuisse meministi.

Ampl. Secundo: Ut flammæ exustioni-
bus mancipandi sint non solum ei, qui thaleros
Imperiales, Ducatos, aliasq; species grossioris
monetæ fabricant, sed & qui monetam minoris
valoris, veluti Grossos, Cruciferos, Baciones,
Schreckenbergeros, & id genus alia numismata
ex vitiosa materia cudunt.

Tum, ob generalitatem verborum in *art. III.
Ord. Crim. Carol.* Welche falsche Münze machi
&c. Et *Recess. Imper. de Anno 1559. §. Wir ord-
nen/sehen und wollen ic. ibi; und Fälschung aller
alten und neuen guten Münzen.* Quæ indefini-
tè loquuntur de falsificatoribus monetarum,
(quo nomine absque dubio etiam monetæ mi-
noris valoris comprehenduntur) eosque igne
concremari jubent.

Tum, quod per corruptionem ac falsificatio-
nem monetæ minoris non minus Reipubl. da-
mnum afferatur, Imperatoris majestas lædatur,
ac si falsi atque vitiosi Thaleri & Ducati confici-
antur, quapropter & utroque in casu æqualis
poena obtinebit; Identitas siquidem rationis e-
andem facit juris dispositionem, *l. illud. 32. ff. ad
Leg. Aquil. c. inter corporalia. 2. extr. de translat.
Episcop. Gloss. l. cum certum. 19. in verb. equitatis
ratio. C. ad Leg. Falcid. Gloss. in cap. fraternitatis.
17. extr. de testib. Panorm. in c. quoniam frequen-
ter. n. 6. extr. Ut lit. non contestata.*

Tum, quia Imp. Constantinus in *l. 2. de fals.
moneta*, sub poena ignis, nummos falsâ fusione
formari prohibet. Nummorum autem appella-
tione cujuscunq; fortis moneta venit, quæ mi-
nimum etiam valet. Denotat enim nummus pro-
priè valorem monetæ, unde & inter res incor-
porales nummi referuntur, *l. 46. ff. de condit.
in deb. l. 95. in fin. ff. de legat. 3. l. 24. ff. de positi.*

Proin merito diclavert Scabini poenam ignis cui-
dam monetario H. S. qui grossos Imperiales ex
materia vitiosa formaverat: Ad requisitionem
der Gräfflichen Schwarzburgischen Befehl-
schabere zu Arnstadt / *M. Aug. A. 1596.*
Aliisque tribus falsariis moneta, in casu simili, ad
consultationem Quæstoris Zwickaviensis, *M.
Decembr. A. 1605.*

Nec non A. B. qui per duodecim annos falsos Cru-
ciferos ac Quincunces (Creuzer und Fünffer)
fabricaverat & exposuerat. Ad petitione Quæ-
stori in Voigtberg / *M. Martio, A. 1599.*
Eademq;

52 Eademq; pœna plectendum esse H. Z. qui Schreckergeros vitiosos cudenti auxilium prestiterat, eosq; postea exposuerat, responderunt Domini, ad consultationem Quaestoris Franckenhusani, M. Febr. Anno 1618.

53 Sed quânam pœnâ illi erunt afficiendi, qui minimi valoris falsam monetam cudunt, ut nummos, quadrantes, atque obulos, Drenheller vnd Pfenninge? Sanè nec hosce à pœnâ ignis immunes esse, videtur probari posse ex generalitate artic. 111. *Ordinat. Crimin. Carolin. & l. 2. C. de fals. monet.* qui textus de falsariis monetæ in genere loquuntur: quo nomine nummos quoque atque obulos cudentes comprehendere, vix negari poterit. Accedit identitas rationis, quæ non minus locum sibi vendicat in nummis ac obulis, ut quorum falsificatione & damnum communi publico infertur, & majestas Principis læditur.

54 Econtra, falsarios hosce nummorum atque obulorum extraordinariâ tantummodò pœnâ afficiendos esse, non malè forsan quis dixerit, secundum tradita *Alexandr. vol. 1. consil. 104. num. 12. & 13. Egid. Boss. in tract. crimin. tit. de fals. monet. num. 4. Henric. Boer in tract. de jur. monet. cap. 5. numer. 6. Jacob. Menoch. de arbit. judic. quasi in lib. 2. cent. 4. cas. 316. numer. 33. Tiber. Decian in tract. crimin. l. b. 7. cap. 27. n. 2.* Qui omnes ab ordinariâ mortis pœnâ liberum pronunciant eum, qui minimi valoris monetam absque indulgentiâ Imperatoris percussit. Eò quòd pœnæ sint molliendæ in delictis, in re minimâ commissis, arg. l. 4. ff. de integ. rest. l. si quis. 9. §. ult. cum duabus ll. seqq. ff. de dolo malo. l. 1. §. proinde si quid. l. 1. ff. de aut. edict. l. quasitum. 60. ff. de re judic.

55 Existimo ego, pro decisione accuratiori hujus quaestionis distinguendum esse: An quis nummos vel obulos benè multos ac sæpiùs ex falsâ & vitiosa materia formaverit; An verò semel, aut bis tantummodò hoc fecerit, & paucos admodum fabricaverit.

56 Priori casu, haud vereor affirmare, ignis supplicio subjiendum quoque esse eum, qui plurimos nummos atque obulos percussit, hocque delictum sæpiùs reiteravit: Cùm talis falsarius non minus damnum inferre videatur Reipublicæ cudendo obulos & nummos, in summa 10. thaleros adæquantes, quàm fabricando duc vel tres thaleros Imperiales.

57 Accedit, quòd reiteratio ac continuatio delicti aggravet pœnam, & crimen aliàs non capitaliter puniendum, propter reiterationem fiat capitale, ut sentit *Bald. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. Luc. de Penna in l. 1. C. de superexact. lib. 10. Par. de Put. in tract. Synd. in verb. pœna. cap. 8. numer. 13. Dan. Moller. ad Constit. Elect. 48. v. 1. p. 4.*

58 Ideoque Scabini falsario cuidam, qui per quinquennium Quarantes benè multos, Dreverl formaverat & expendit, ignis supplicium delatè haud dubitaverunt. Ad consultationem Quaestoris Bornensis, Mense Decembris, Anno 1596. Idemq; supplicium fuit indictum L. K. qui falsos

& vitiosos nummos, ad quinq; florenorum summam ascendentes fabricaverat. Ad requisitionem adami & Abrahami der Römere zu Steinspleisse/ M. Jul. Anno 1610.

Posteriori verò casu, si quis semel aut bis paucos formaverit nummos vitiosos, Reum non nisi pœnâ arbitrariâ, fustigationis aut relegationis puniendum esse, dicere aulam, quum per hoc delictum parum damni communi publico fuerit datum; At modicum Prætor non curat. l. 4. ff. de integ. restit. Et sicuti in aliis criminibus, ita quoque hoc in delicto puniendo, & qualitas & quantitas rei, in qua crimen commissum est, spectari debet. l. aut facta. 16. §. qualitate. & §. quantitas ff. de pœn.

Quò etiam facit, quòd crimen hoc sit species falsi, sed falsitas non nociva impunitatem habet. l. pen ubi Gloss. Bart. Salic. & alii. C. ad Leg. Corn. de fals. c. accedens, ubi Canonista extr. crim. fals. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. falsum. num. 35. Andr. Gail. 1. obsevat. 100. n. 7. Honded vol. 1. cons. 109. n. 51. Atq; de hoc etiam casu propriè loquitur *Tiber. Decian. dicit. lib. 7. c. 27. n. 2.*

Nec obstat, quòd fabricatione unius & alterius nummi vel obuli crimen læsæ Majestatis non minus committatur, ac per falsificationem plurimorum grossorum vel thalerorum. Hoc enim licet concesserim, exinde tamen haudquaquam sequitur, unum idemque supplicium utroque casu obtinere, siquidem pœna criminis læsæ Majestatis non semper ultimum est supplicium, sed quandoque etiam deportatio vel relegatio, ut dixi *quast. preceden. num. 97. vid. l. 40. junct. l. eorum. 24. ff. de pœn. Henr. Boer. de crimin. læs. majest. cap. 3. n. 109. & in tract. de jur. monet. cap. 5. num. 5. pag. 179. Anton. Capyc. decis. 130. num. 2.*

Hinc pœnam fustigationis cum perpetuâ relegatione delataverunt Scabini H. B. qui paucos nummos, attingentes summam 5. grossorum, formaverat ad consultationem Senat. Brunsvicensis, M. Ap. il. Anno 1600.

Et in casu simili delatata fuit temporalis relegatio cuidam falsario, alleganti paupertatem, senium & persuasionem. Ad requisitionem Quaestoris Zvickaviensis, M. Mart. An. 1606.

Hancq; exceptionem Scabini in puniendo hoc delicto attendere, apparet ex verbis sententia data ad requisitionem Erasmi Raltis. Vnd mit geschlagenen falschen Zweyernes also beschaffen: daß er solches falschen Wänzens sich nicht öftters gesbraucht/ sondern nur einmah/ dergleichen Wänze zu schlagen sich vnterstanden/ gestalt er denn nicht mehr denn nur 2. Zweyer außgeben &c. M. Novembr. Anno 1618.

Ampl. tertio: Ut pœnâ ignis plectendi sint non solummodò ii, qui propriis manibus monetam ex materia vitiosa cudunt, sed & qui aliis cudentibus & falsificantibus auxilium & opem præstant, stando in exubiis, ignem sufflando, vel alio modo delictum promovendo, falsam monetam fabricatam postea expendentes.

Tum, quòd præstans auxilium & opem in aliquo crimine ex proposito, & tractatu ac con-

ventione præcedente, teneatur pœna delicti iustius ordinaria. *Jacob. Boulen. in repet. l. capitalium §. famosis n. 104. ff. de pœn. Int. Clar. in pract. §. ult. quasi. 90. n. 1. Blanc. in pract. crim. §. postquam vidimus num. 4. fol. 118. & n. 5. fol. 119. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. cap. 17. num. 20. Prosper. Farin. part. 5. oper. crim. quasi. 131. n. 1. Hippol. de Marsil. in l. si in rixa. num. 29. vers. & ideò sicut ff. ad Leg. Cornel. de sicar.*

68 Tum, quòd Imper. Constantinus conscios hujus criminis, illudque non propalantes, non secus plectendos esse jubeat, quàm ipsos principales autores, in l. 1. c. de fals. monet. Quod si verò in conscios criminis tam graviter animadvertendum est, multò magis certè auxiliares pœna hac tenebuntur.

69 Secundum ea responderunt Scabini versus *Gratt. Kenhausen; Ad consultationem Quaestoris, hisce formalibus: So möchte h. B. derwege / daß er gefährlichen vnd böshafftighen die falschen Schreckensberger zum Theil selbst / auch etliche durch sein mit gefangenes Weib vnd Sohn / dem Nehesten zum Nachtheil wissentlich aufgeben / vnd vnter die Leute gebracht / er auch mit darben gewesen / auff der Hutt gestanden / vnd die Wache gehalten / als der flüchtige C. D. die falsche Münze gestempelt vnd gepregelt / vnd darinn seinen consens vnd Willen gegeben / auch darvon participiret, vermöge Käyser Carls des 5. vnd des heiligen Römischen Reichs peinlichen Halsgerichts Ordnung mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft vnd hingerichtet werden B. N. W. M. Fabr. Anno 1618.*

70 Item: So möchten sie beyde J. N. daß er solche böse vnd falsche Thaler selbst gemünzet vnd gepregelt / vnd H. H. daß er dergleichen Thaler münzen vnd schlagen lassen / auch den Blasbalg gezogen / vnd also Hand mit angelegt / vnd d. m. / daß sie beyde dem Nehesten zu Schaden vnd grossen Nachtheil / ihnen aber zu schändlichem Gewinn vnd Vortheil die falsche Münze aufgegeben. Inhalses Käyser Carls des 5. vnd des heiligen Römischen Reichs peinlichen Halsgerichts Ordnung mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft vnd hingerichtet werden B. N. W. Ad consultationem Capitanei zu Soraw / Mens. Maio, Anno 1626.

71 Certis quoque modis Regula hæc Limitatur, ac Primò: Si quis non Imperatoris aut Statuum Imperii, sed extranei cujusdam Principis, qui Status Imperii non est, ut Regis Daniæ, Angliæ, Galliæ, aut Batavorum &c. monetam falsificaverit, eamque ex vitiosa materia formaverit, atque expenderit, quem mitiori supplicio ac pœna gladii plectendum esse puto.

Quod quidem prima fronte dubio non caret, si credamus *Iacob. Menoch. libro secundo. de arbitr. judic. question. cent. 4. cas. 316. numer. 43. & qui eum sequitur Henr. Bocer. de iur. monet. cap. 5. numer. 26.* parem nempe pœnam convertendam esse in hos, qui nummos peregrinos incidunt, radunt, & tondent, qua de jure puniuntur, qui Imperatoriam monetam mutilant. Vnde haud ineptè quoque inferri possèt, ad paritatem pœnæ, in casu falsificationis monetæ ex vitiosa materia, non habita ratione, an Imperatoris, an verò extranealicujus Principis ea fuerit.

Vfus siquidem monetæ, scribit *Bocer. dict. nu. 73. mero vigesimo sexto.* juris gentium est, l. 1. in pr. ff. de contr. empt. & vendit. proinde in omnes meritò monetæ cuiusvis violatores & adulteratores par erit pœna. Jus enim gentium cum omnibus gentibus est commune, §. jus autem civile *Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civil.* omnesque populi omnium Regionum communia habent invicem commercia, & monetæ unius Regionis in alterâ quoque Regione propter commerciorum communem usum expendi solent. Quod si ergo in unâ Regione liceret alterius Regionis monetas impunè mutilare, certè incommodum haud leve inde Respublica sentiret, quod minime ferendum *cap. quanto, ubi Innoc. vers. item non credimus. extr. de jur. iur.* Hactenus verba Bocer.

Idque tantò verius videtur, quantò generalioribus verbis utitur Imper. Carolus V. in constituenda pœnâ ignis adversus monetæ vitiosæ fabricatores, in *Ordinat. Crimin. artic. 111.* in verb: Welche falsche Münze machen &c. die sollen mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden &c. Neque enim in verbis hisce ulla attenditur differentia, an moneta hæc falsa formata Imperatoris, aut extranei Principis fuerit; Quare nec in decernenda pœna rationem hujus differentie habendam esse, omninò sequi videtur.

Quibus tamen non obstantibus, cum in 75 ditionibus Electoratus Saxonici quispiam thaleros Hollandicos ex materiâ plumbea fabricaverat & exposuerat, nos desuper consulti, deliberatione habita, & circumstantiis exactius ponderatis, falsarium hunc nequaquam ignis supplicio mancipandum, sed ob falsum commissum gladio plectendum esse, pronunciamus, haud absque fundamentis urgentissimis.

Certum enim est, Constitutionem Imper. Constantini, unde sanctio Carolina nata est, eos solummodò ignis pœnæ subijcere, qui monetam Imperatoris falsificant, uti manifestum est ex verb: l. 2. c. de falsa monetâ. ibi: In monetis etenim tantummodo nostris cudenda pecunia studium frequentari volumus: cuius obnoxii maiestatis crimen committunt. Et postea: Flammarum excussionibus mancipetur. Quæ verba, quum de falsificatorib⁹ monetæ Imperatoris expressissimè loquatur, satis clarum est, Constitutionem hanc pœnalem ad delinquentes in monetam Imperatoriam restringendam, neque ad alios, qui exterorum numismata, seu peregrinos nummos corrumpunt, extendendam esse, *arg. cap. statutum. 22. extr. de elect. in 610. Jacob. Menoch. libr. 6. presumpt. 4. numer. 33. Cornel. libro primo. consil. 114.*

Nec in contrarium quicquam facit, quod 77 hæc ratione falsarii quoque monetæ Principum ac Statuum Imperii à pœna ignis exempti essent, contra ea, quæ dicta sunt *Ampl. 1. Nam Moneta Principum ac Statuum Imperii, ut quæ non à Principe vel Civitate, quæ ipsam monetam cudit, sed ab Imperatore, qui potestatem cudendi concedit, auctoritatem*

tatem habet, *Recess. Imper. de Anno 1515. §. So haben wir &c.* pro moneta Imperiali ac ipsius Imperatoris reputari debet, *Matth. Stephan. ad art. 111. Ordin. Crim. Carol.* quod de peregrina moneta non asserendum. Diverſa igitur quia ratio est hujus atque illius moneta, utique & diverſa pœna falsificatores harum monetarum tenebuntur.

78 Deinde & probè ponderandum est hoc, quòd corruptentes monetam Imperatoriam, ignis supplicio subjiciantur potissimum propterea, quòd crimen læsæ majestatis committant, *l. 2. C. de fals. monet.* Quod de falsificatoribus peregrinorum nummorum haudquaquam dici potest. Etſi enim & hi graviter delinquant, falsum committendo, aliisque damnum afferendo: propterea tamen Rei non fiunt læsæ majestatis, ut qui Imperatoriam majestatem non lædunt, nec subditi sunt eorum, quorum monetam falsificant, à quibus tantummodò crimen læsæ majestatis perpetrari, certissimum est. *Clem. pastoralis. §. denique. & §. sequunt. & re judic Jul. Clar. in pract. §. las. maiest. numero, sexto Gigas de crim. las. maiest. libro tertio. rubr. de prod. quæstion. 1. numero nono. & libro primo. rubr. qual. & a quibus crimen las. maiest. quæst. 3. n. 3. & quæst. 68. numero 5.* Deficiente itaque ratione pœnæ in falsificatoribus peregrinæ monetae, utique & ipsa pœna cessabit, *arg. l. ad. ere. 6. §. quam v. 2. ff. de jur. patron. Jason. in l. quod dictum. 3. numero 2. ff. de pact.*

79 Hinc expedita est Responsio ad Objectiones *Boceri*, antea adductas. Etſi enim concesserim, usum monetae iurisgentium esse, & monetas unius Regionis in alterâ quoque Regione, propter commerciorum communem ulum expendi solere; Exinde tamen non sequitur, parem & æqualem esse autoritatem utriusque monetae, Imperatoriam siquidem moneta non ex solo usu iurisgentium, qui indifferenter omnibus nummis dat valorem, sed ex præcepto quoque Imperatoris, unde autoritatem habet, æstimari debet, quo respectu etiam falsarii huius monetae crimen læsæ majestatis committunt, & pœnam ignis incurrunt. Vnde differentia huius atque illius monetae haud obscura esse potest, ut nec immeritò diverſa pœna falsificatores harum monetarum teneantur.

80 Parùm quoque obstat *Ordin. Criminal. Carol.* Etſi enim *artic. 111.* generaliter loquatur de falsificatoribus monetarum, eosque igne concremari velit; attamen dubium non est, quin hæc Sanctio restringi debeat ad adulteratores monetae Imperatoris, iuxta dispositionem Constantini Imper, in *l. 2. C. de fals. monet.* adquam verbis disertis sese refert Sanctio Carolina *dict. artic. 111.* quando dicitur: *Nach Bewonheit/auch Sazung der Rechte.* Nil itaque novi ibidem disponitur, sed Constitutio Constantini Imper, solummodò renovatur & confirmatur.

81 *Sententia Scabinorum hisce formalibus fuit concepta:* Und es hat sich in der Erkundigung befunden/ daß Gefangener *M. X.* solche Holländische falsche Thaler nicht allein gemacht/ sondern auch dem Nehes

sten zu Nachtheil vnd zum Betrug aufhaeben. Da nun der Gefangener *M. X.* auff seinem gethanen & bekantniß vor öffentlichen gehegten peinlichen Halsgericht freywillig verharren / oder daß sonst die recht überwieſen würde/ So möchte er wegen solches falschen münzens/ vnd daß er die böse Holländische Thaler zum Betrug des Nehes ſten wiſſentlich anſigeben / nach Gelegenheit diſſals mit dem Schwerte vom Leben zum Tode gerichtet vnd gestrafft werden. *B. X. W. Ad requisitionem Quæſtoris Dresdensis, M. Octobr. Anno 1629.*

Secundò Limitatur hæc Regula in tinctura 82
monetae. Veluti, si quis grossos argenteos aut aureos auro tingat, vel cooperiat, ac postea deauratos pro Aureis vel Ducatis expendat. Quis licet falsum quoque monetae ratione materiae committat, *l. quicumque. 8. ff. ad Leg. Cornel. d. fals.* ignis tamen supplicio propterea puniri non debet, si quidem Imper. Constantinus in *l. 2. C. de fals. monet.* eos demum huic supplicio mancipari jubet, qui falsa fusione nummos formant, hoc est, qui nummos eudum ex falsa materia, aut qui aliud metallum auro & argento admiscunt, uti Sanctio Carolina loquitur in *artic. 111.* Wann einer ein vnrecht Metall darzu setzet. Quod certè ii non faciunt, qui nummos jam fabricatos deaurant: Aliud enim fabricatio, aliud tinctura est. Ac licet verba *dict. artic. 111.* generaliter loquantur. Welche falsche Münze machen/ zeichnen &c. die solten mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden &c. Attamen ex *l. 2. C. de fals. monet.* ea explicanda esse, jam antea probavi *n. 80.*

Nihilominus tamen per eſum diſi tincturam 83
five deurationem falsum committitur. *l. 8. ff. ad Leg. Cornel. de fals. Henr. Bocer. de jur. monetar. cap. 4. n. 8. & cap. 5. n. 25.* Quare & falsi pœnam, quæ arbitraria est, *l. eos. §. qui se promittit. ff. ad Leg. Cornel. de fals. Mynſinger. n. 5. item Lex Cornelia de falsis. n. 11. Inst. de publ. judic. Gan. in rubr. de fals. n. 3. vers. sed hodie,* hoc casu locum sibi vindicare dixerim.

Hinc, quando tres pueri nummos calculares deauraverant, eos, pro aureis Rhenensibus expendunt in Carcere eos v. r. gis castigandos a postea in perpetuum relegandos esse pronunciamus, Pratori Lipsensi. M. Maio, Anno 1629.

Tertiò Limitatur: Si causa quædam subſit ex 84
qua Reum eudendo & expendendo falsam monetam, non tam perverso & protervo animo deliquisse conjecturari potest. Quo casu supplicio ignis severiori remiſſo, monetariū gladii pœna afficiendum esse puto. Si quidem Imper. Carolina V. tum demum adulteratores monetae flammæ exustionibus subſici vult, quando hi perverso & doloso animo delinquant, & proximo damnum afferunt, ut patet ex verb. *art. 111. Ordin. Crimin. (gefährlich vnd boßhaftiglich/dem Nehesten zum Nachtheil.)* Unde satis manifestum est, in puniendo hoc delicto, rationem doli ac damni dati habendam, rigorem juris iuxta de causa temperandum, & supplicium ignis quandoque in mitiorem gladii pœnam commutandum esse.

86 Quod eatenus procedit, si iusta quaedam causa mitigationis pro Reo militet. Et si enim aliàs quilibet causa, etiam iniusta & bestialis, delinquentem à dolo & malitià excusare queat. *l. i. §. 12. §. & generatim 3. ff. de liber. caus. l. inter omnes. 47. §. rectè dictum est. 7. ff. de fur. Jul. Clar. libr. 5. sentent. §. ult. quast. 60 num. 22. Nicol. Boer. decif. 168. num. 11. Aegid. Boss. in pract. crim. tit. de de. veto Me. 101. numer. 19. Aym. Cravett. lib. 1. consil. 6. numer. 89. Jacob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 1. quast. 104. n. 8. Marc. Anton. Blanc. in pract. crimin. §. visus iudicis per Reum. num. 154. & in §. secunda pars defensionis erit. n. 3. Attamen in cravioribus & atrocioribus delictis, quale absque dubio falsum monetæ est, simplicitas non tam facile præsumenda, nisi ex certis causis & coniecturis sufficientibus doceatur, aliàs nemo non facili negotio ordinarium ignis pœnam effugere possit.*

87 Quare iudici incumbit, sagaciori studio circumstantias & causæ qualitates quasvis perpendere & examinare, quas si pregnantes deprehendat, ignis supplicium in mitiorem aliquam pœnam commutando nequiquam aberrabit.

Hancque ob rationem superioris quandoq. Magistratus arbitrio mitigationem pœna Scabinos commississe, scio, addita causâ mitigationis, sic pronuntians: So möchte L. K. mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft vnd hingerichtet werden. Es wolte denn der Churfürst zu Sachsen vnd Burggraff zu Magdeburg. vnser gnädigster Herr / in Ansehung / daß der Gefangene sich deß falschen Münzens zuvor niemals beflissen / oder daß er deßwegen vorwärts nicht gewesen / wieder ihn etwas beständiges außgeführt / noch daß er von den falschen Pfenningen etwas mehr als den gülden zur Steinpleiße / den er mit seinen entlauffenen Gesellen daselbst verzeihet / außgegeben vnd vnter die Leute bracht / welches dann gleichwohl die Landübliche Sächsische Rechte außtrücklich fordern vnd haben wollen / daß nemlich die falsche Münze von den jeutigen / so am Leben gestrafft werden sollen / offft vnd vielmals gefährlichen vnd böshafftigen dem Nächsten zum Nachtheil außgegeben sey worden / den wegen deß heiligen Römischen Reichs peinlichen Halsgerichtes Ordnung gnädigst erfallen lassen vnd dem Gefangenen Gnade bezeiggen / auff den Fall möchte er mit dem Schwerte vom Leben zum Tode gestrafft werden. B. N. W. An Adam vnd Abraham die Römere zu Steinpleiße / M. Julio, Anno 1610.

88 Et quando A. H. monetario cuidam eudenti monetam vitiosam opem præstiterat, & in excubiis steterat, dictata ipsi propterea fuit ignis pœna, adjecta tamen clauula: Man wolte ihm dann in Ansehung / daß er die falsche Münze nicht selbst gemacht / Gnade erzeigen / auff den Fall möchte er mit dem Schwerte vom Leben zum Tode gestrafft werden. B. N. W. Ad requisitum em Quistoris Zwickvianensis, M. April. Anno 1606.

89 Hocque expeditum est, quod ob minorenitatem delinquentis pœna ignis rigorosa in gladii pœnam tuto commutari possit. Nam & in atrocissimis criminibus ob ætatem minorenitatem pœnam ordinariam mitigandam esse, tradit Prosper. Farin. part. 3. oper. crimin. quast. 92. n. 106. Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. scienter & dolose. num. 12. Gudin. de pœn. Reor. n. 30. Ut maximè enim iudicium minoris sit dolosum, propter naturæ tamen infirmitatem minor in eo præsumi-

tur perversitas. Quin & ei, qui propè compleverat annum decimum quartum, non nisi fustigationis pœnam dictaverunt Scabini, in hunc modum respondentes.

Ob wohl D. H. bekandt / daß er vmb seines Brudern 90 falsches Münzens Wissenschaft gehabt / mit dem andern uff der Hutt vnd Wache gestanden / die gestempffelten Messingen Pfenninge weiß machen vnd außgeben helffen: So mag er doch derenthalben von wegen seiner Minderjährigkeit am Leben nicht gestrafft werden / Er wird aber gleichwohl mit Staupenschlägen deß Landes ewig büßig verwiesen. B. N. W. Ad consultationem Quistoris Zwickvianensis, M. Decembr. Anno 1605.

SECUNDVS EST CASVS: Si quis falsam monetam ex materiâ vitiosâ, stannæ vel plumbeâ cudat, sed eandem non exponat. Vbi Regula notanda: Licet quis falsam monetam formaverit, si tamen ipsemet eandem non expenderit, flammæ exustionibus mancipandus non est, sed gladio seu truncatione capitis puniri debet.

Quamvis enim Constitutio Imp. Constantini in l. 2. c. de fals. monet. inter eudentem & expendentem monetam falsam non distinguat, sed simpliciter falsarios monetæ ignis supplicio affici velit; Attamen hodiè in Imperio Romano-Germanico, ac imprimis in foro Saxonico, eudentes solummodò vitiosam monetam, non verò eandem expedentes, haudquaquam igne concremandos, puto.

Tum, quod secundum Glossam Juris Saxonici in art. 26. lib. 2. Landr. lit. A. mortis pœnâ falsificatores monetæ afficiendi non sunt, nisi sepius & dolose vitiosam monetam in detrimentum Reipublicæ expenderit. Cum quâ convenit sententia Scabinorum post Landrecht tit. Von falscher Münze in pr.

Tum, quia in decernenda pœna ignis, ratio habenda est damni dati per falsificationem monetæ, uti satis liquet ex verb. dict. artic. 11. Ordin. Criminal. (dem Nächsten zum Nachtheil.) Vnde sequi videtur, ignis supplicium haudquaquam sibi locum vindicare, si non damnum fuerit illatum. Quum verò per solam fabricationem monetæ, absque expositione eiusdem, præiudicium aut damnum proximo non afferatur; utique nec tum pœna ignis falsario monetæ irroganda erit.

Et si verò rigorosum ignis supplicium hoc casu cesset; à pœna tamen mortis Reus falsæ monetæ exemptus non est, quia sola etiam fabricatione falsæ monetæ Imperatoris, aut Statuum Imperii, crimen læsæ Maiestatis committitur, secundum Constitut. Imper. Constantini in l. 2. c. de falsa moneta. At Reos læsæ maiestatis regulariter gladio plectendos esse, probatur ex l. quisquis. c. ad Leg. Jul. majest. ubi Salicet. in summar. numero primo. Henr. Boer. in tract. de criminal. les. majest. cap. 3. numero nono. Gigas de crim. les. majest. libro secundo. rubr. de pœn. committ. crimin. les. majest. quastion. 1. num. 7.

Quare

96 *Quare & Scabini adversus falsarios moneta, expositione non subsecuta, gladij tantummodo poenam decernere solent. Hat H. G. in scharpffer Frage aufgefagt vnd betandt/ das er vnd sein Gesell in Wittfasten nechst verschienen in einer Gruben im Holze / auß einem alten Kessel falsche Dreyer gemacht / derer er aber für seine Person keinen gelösen / vnd aufgeben können/hette auch derer mehr nicht als das mahl in der Awe gemacht/te. Da ihr euch nun allbereit erkundiget hettet/oder nochmah! erkundigen würdet / das sich des Gefangenen Aussage nach in Wahrheit also verhielte/ vnd er würde vff seinem gehanen Feländnüss vor Gerichte freywillig verharren/oder des sonst wie recht überweisen: So möchete er wegē solcher seiner Verbrechen mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden. B. N. W. Ad requisitionem Quæstoris Sangerhusani, M. Major, Anno 1583.*

Quæstoris in Salsga / Mense Decembr. Anno 1596.

97 **TERTIVS CASVS EST:** quando de poena agitur eorum, qui ipsimet fallam monetam ex materia vitiosa non fabricaverunt, sed ab aliis formatam & fabricatam solummodò expenderunt. De quibus notanda Regula universalis. Quòd expositores fallæ monetæ in foro Saxonico fustigatione & relegatione perpetuâ puniri debeant.

98 Secundum functionem quidem Carolinam expeditum est, expositores vitiosæ materiæ, etiam si ipsimet eandem non percussissent ac formaverint, nihilominus tamen ignis supplicio subjiciendos esse, prout clarè dispositum in *Ordin. Crimin. artic. 111. verb. Welche falsche Münze machen / zeichnen / oder dieselbe falsche Münze auffwechsen / oder sonst zu sich bringen / vnd widerumb gefährlich aufgeben / die sollen mit dem Fener vom Leben zum Tode gestrafft werden &c.* Sufficit ergò alterutrum, monetam scilicet vitiosam Reum formasse, aut expendisse, ad hoc, ut pœna ignis ipsi infligi queat. Rationem hujus Sanctionis reddit *Henric. Bocer.* Quòd scilicet par sit crimen falsorum monetariorum, qui fallas sive adulterinas formant monetas, & eorum, qui ab illis monetam ejusmodi capiunt, eamque dolosè expendunt: absque horum enim operâ oleum & operam perderent monetarii falsi, in *tractat. de jur. monet. cap. 5. numer. 27.*

99 Sed ab hac Ordinatione rigorosâ discesserunt hæctenus Scabini, existimantes, in foro Saxonico expositores vitiosæ monetæ ab alio fabricatæ fustigatione ac relegatione perpetuâ satis puniri, prout quoque de jure communi ut plurimum sentiunt Dd. *Hippol. de Marsil. consil. 47. num. 13. Bald. vol. 1. cons. 494. Paris. v. l. 4. cons. 169. n. 29. J. a. ob. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cent. 4. cas. 316. n. 52.*

100 Quæ sententia Scabinorum probatur *Primò ex Gloss. lat. ad tit. 16. lib. 2. Landrecht. lit. A.* quæ expressè dicit, expendentem fallam monetam pœnâ capitis non puniri, nisi sæpius & dolosè talem expendisset monetam in detrimentum Reipublicæ, & fuisset consuetus ab aliis similem accipere. Quam Glossam usu receptam esse probat Sententia Scabinorū *post Landr. tit. Von falscher Münze/vers. Wo ihr aber solche Anzei-*

gung nicht hättet / oder er läugnen würde / das er solde Pfennige gemacht / so möchete ihr ihn darumb am Leben nicht straffen / sondern dieweil er solche Pfennige wissentlich/vnd also betrieglich aufgeben / so möget ihr ihn wohl lassen zur Staupen schlagen/vnd von den Gerichten ewiglich verweisen &c.

Secundò: *Negari nequit, expositorem fallæ monetæ levius delinquere ac eum, qui ipsemet ex vitiosa materia monetam format & cudit. Hic enim dupliciter delinquit, falsum, in simul & crimen læsæ majestatis committendo. l. 2. C. de fals. monet. Is autem in falsi tantummodò crimen incidit, in fraudem alterius, & animo decipiendi, monetam fallam ab alio fabricatam expendendo. Quod si ergò hic, monetarius scilicet fallæ monetæ, gladii pœnâ afficiendus est, ut dixi in Regula secunda, utique expositor talis monetæ leviori supplicio, fustigatione nempe plectendus erit. Levius enim crimen mitiorem pœnam meretur, & supplicium debet correspondere delicto. l. perspicuum 11. in pr. l. capitulum 28. §. grassatores. ff. de pœn. l. servos. 8. C. ad Leg. Jul. de vi publ. l. 3. C. de Episcop. audient. l. 1. §. sed & qui. ff. de abig. Hippol. de Marsil. in l. 1. num. 256. C. de rapt. virgin. Prosper. Farin. in prax. criminal. lib. 1. tit. 3. quæst. 19. num. 5. Nicol. Reusner. lib. 2. decif. 20. n. 8.*

Tertiò: Accedit quoque observantia & praxis in foro Saxonico, de qua literæ Scabinorum supra allata, n. 29. satis testantur, quæ & Illustrissimo Dn. Administratori Elector. Saxon. Anno 1595. complacuit, à quo tempore hæctenus non aliter responderunt Scabini, ut dubium prorsus non sit, quin legis vigorem habeat hæc opinio, consuetudine introducta, & à Principe tacitè confirmata. §. sed & quod Principi. 6. Inst. de jur. Natur. Gent. & Civil.

In hunc modum pronunciarunt Domini: Was aber sein Weib anlanget / dieweil dieselbe auch betandt / das sie vmb solches ihres Mannes beginnen wohl gewußt / auch der falschen Münze etlich zweyen mahlen selbstn aufgegeben / So wird sie derowegen mit Staupenschlägen / des Landes ewig billich verwiesen. B. N. W. Quæstoris in Voigtsbergk / M. Martio, Anno 1599.

Quæstoris Franckenhusano, Mense Februario, Anno 1618.

Quæstoris Dresdensi, M. August. Anno 1620.

Præfecto in Heldrungen / Mense Julio, Anno 1625.

Capitaneo in Soraw / Mense Majo, Anno 1626.

Neque huic sententiæ obstat textus Juris Saxonici in *artic. 26. libro secundo. Landrecht* verb. *Sibe der Münzer einen falschen Pfennig auß / also das er damit kausen will / es gehet ihm an den Hals &c.* Præterquam enim quod hic textus loquatur de monetario, cudente simul fallam monetam, uti apparet ex verb. (*der Münzer*) Gloss. Latina *sub lit. A.* verba hæc (*Es gehet ihm an den Hals*) de capite atque pœnâ civili intelligit, hoc est, quòd virgis cælus debeat mitti in exilium. Quam explanationem juvat praxis & observantia. *Sent. post Landrecht tit. Von falscher Münze / vers. Wo*

fundò adulterinam monetam formari patiuntur. Nam domus ubi delictum hoc perpetratum fuit, fisco vindicatur, & sic dominus privatione ædium punitur. Quam pœnam in eum quoque converti vult Imper. Constantinus, qui non longè ab eo loco abfuit, licet suâ in domo adulterinam cudi monetam ignoraverit. *L. 1. in verb. Domus verò vel fundus, in quo hæc perpetrata sunt, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel negligentia puniendus est, & si ignoret, fisco vindicatur. §. 6. C. de falsâ monet. Didac. Covarr. in tractat. de veter. numismat. collat. cap. 8. numer. 3. Henr. Bocer. in tractat. de jur. monet. cap. 5. numer. 9. Iodoc. Dambouder. in prax. rer. crim. cap. 65. numer. 9. Matth. Stephan. in not. art. 111. Ordin. Crim. Carol.*

119 Quam tamen Sanctionem Imper. Carolus V. eatenus limitat, ut tum demum sibi locum vendicet, si quis scienter in domo sua monetam adulterinam cudi passus fuerit, in *Ordin. Criminal. artic. 111. in verb. Die ihre Häuser darzu wissenlichen leyhen / dieselben Häuser sollen sie darmit verwickelt haben / &c.* Qui certè non habet quod conqueratur: Imputet namque sibi, quòd crimen hoc in ædibus suis perpetrari concesserit. Etenim si pœnam incurrant conscii huius delicti, illud non revelantes, *Iodoc. Dambouder. in prax. rer. crimin. cap. 65. numer. 8. Bartol. in l. lege. Cornelia. ff. ad Leg. Cornel. de falsif. utique non*

impuniti remanebunt, qui cùm falsificatione ita prohibere ac impedire potuissent, hoc non fecerunt. *l. Lege Cornelia in fin. pr. ff. ad Leg. Cornel. de falsif.*

Quin & si dominus ædium ex concessione hæc lucrum speret, ultra amissionem domus, arbitrariâ adhuc pœnâ eum plectendum esse puto; Maior liquidem est dolus & culpa ex delicto participantium, quàm absque spe lucri conniventium, iuxta tradita *Bart. in l. utrum ff. ad Leg. Pomp. de parricid. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 25. n. 2.*

Quemadmodum etiam hoc casu in Elect. Saxon. Scabinatu pronunciatum scio: Hat G. R. gutwil, lig belant vnd gestanden, das er Hansen Bechern vnd seinem Sohn/das Mûngen in seinem Hause vergônnet vnd davor eilich Luch / wie denn auch an verbotten bösen Gelde ehn gefährlich 2. si bekommen/welche sein Weib außgegeben: So hat er sich seines Hauses/welches er ihnen zu solchen falschen Mûngen wisso sentlichen verstatet/verlustig gemacht/ vnd weil nicht zubefinden / das er solch falsch Geld mûngen helffen / oder außgegeben: So mag er am Leib oder Leben nicht gestraffe werden / Er wird aber gleichwol des Landes billich ewig vorwiesen / B. N. W. Ad requisitionem Quæstoris in Salga / Mens Septembr. Anno 1595.

Eodem pariter modo fuit pronunciatum in casu ferè simili, ad consultationem Capitanei in Sortau / Mens. Majo, Anno 1626.

QUÆSTIO XLIII.

Qua sit Pœna falsificationis Monetæ quoad formam?

SUMMARIÆ.

1. Crimen falsa moneta dupliciter committitur, ratione scilicet materia, vel forma.
2. Falsificatio moneta quoad formam coercetur pœnâ arbitrariâ.
3. Quibus modis hoc crimen committatur ratione forma.
4. Committitur hoc crimen ab iis, qui absque privilegio Casareo monetam propriâ autoritate cudunt n. 18. 19.
5. Ius monetandi Regalibus connumeratur.
6. Ius monetandi soli competit Imperatori.
7. Ad inferiores quoque Principes ac Status Imperij hoc ius fuit derivatum.
8. Quia tamen non proprio jure, sed ex speciali Imperatoris concessione monetandi potestatem habent. n. 9. 10.
11. Generali concessione Comitatus, Ducatus, vel Marchionatus Regalia concessa nõ intelliguntur.
12. Principes in territoriis suis eandem habent potestatem, qualem habet Imperator in Imperio.
13. Quatenus verum sit hoc axioma. n. 14.
15. Ius formandæ moneta privato concedi nequit.
16. Principes & Status Monetales die Mûng Stân. de ius cudende moneta alteri locare aut vendere non possunt.
17. Imperatori non licet concedere ius moneta cudenda absq. consensu Electorum.
20. Quæ sit pœna fabricantium monetam iustam absq. concessione Casaris. n. 21. 23. 24.
22. Moneta adulterina unde dicatur.
25. Quomodo puniantur imponentes signum alienum iusta moneta. n. 26. 27. 29.
28. Arbitraria est animadversio, quando Leges certam pœnam non determinant.
30. Imponens signum alienum sua moneta falsi crimen committit.
31. Falsificatur etiam moneta ab iis, qui radendo vel mutilando iustum ei adimunt pondus.
32. Quæ sit horum delinquentium pœna.
33. Num & puniantur radentes pecuniam, iustum pondus excedentem. numer. 34. 35. 36. 37. 38. 40. 41.
39. Contrariorum eadem est disciplina.
42. Sententia Scabinorum Lipsensium.
43. Num pari pœnâ sit plectendus, qui argenteum radit numisma n. 44. 47.
45. Explicatio l. 8 ff. ad Leg. Cornel. de falsif. n. 46.
48. Sententia Scabinor. Lipsensium.
49. Falsificatur quoque moneta per resolutionem, quando ex grandiori moneta efficitur minor.
50. Resolutio sub pœnâ ignis prohibita est.
51. Quæ sit hæc pœna ante decennium dur ante seculo aroso.